

## ACTVS III

## LYCO. CVRCVLIO. CAPPADOX

## LYCO

Beátus videor: súbduxi ratiúnculam,  
 Quantum aéris mihi sit quántumque aliení siet.  
 Divés sum, si non réddo eis quibus déhibeo.  
 [Si reddo illis quibus debeo plus alieni est.]  
 Verum hércle vero bélle quom recógito, 375  
 Si mágis me instabunt, ád praetorem súfferam.  
 Habént hunc morem plérique argentárii,  
 Ut álius alium póscant, reddant némini,  
 Pugnís rem solvant, síquis poscat clárius.  
 Qui homó mature quaésivit pecúniám, 380  
 Nisi eám mature pársit, mature ésurit.

380. 381. *Charisius p. 204, 25*: Mature duo significat, et cito et tarde. Plautus in *Curculione*: 'Qui homo . . . . . esurit.' est enim sensus: qui homo vix et aegre quaesit pecuniam

*Actus III Sc. 1. LICO TRAPEZITA . PARASITVS . LENO B. J.*  
 LI. . et NO E ceteris abscissis 371. In E nil nisi personae nota  
 (LICO) servatum est Beatus (B m. 2) B ratiunculam J  
 372. Quantum — sit quan abscissa in E Ante eris 3 litt. ras. B  
 michisit J 373. Dives — eis abscissa sunt in E debeo libri  
 374. Versum damnavit Bothius, quem frustra corrigas si — qui-  
 bus d abscissa in E sireddo B debeo (e post. sup. v.) J  
 V. 375—381 ita a Plauto profectos esse non credo ut qui sententiae con-  
 cinnitatem turbent: aut interpolatione aut lacunis laborant 375. Verum  
 here abscissa in E belle quom recogito Bothius. cum uelle reco-  
 gito B. conuellere cogito ex cum uelle recogito E<sup>3</sup>. conuellere cogito  
 JFZ. cum belle recogito Gulielmius. cum vere recogito Camerarius.  
 Dousa An post hunc versum lacuna est? 376. Si abscissum in E  
 mi Camerarius adpretorem B. adpretorem EJ sufferam (fer e corr.)  
 E 377. mortem J plerique J argentarii (i alt. m. 2) E  
 378. poscant ex poscat B 379. soluant (uant m. 2 in ras.) B. soleant  
 EJ clarius B. Langiani. durius ex derius E<sup>3</sup>. durius JFZ  
 380. quesivit EJ Matúre qui quaesivit homo pecuniam Bothius  
 381. par sit E. parsat B